



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/319017>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

1. *Trichostema dichotomum*  
2. *Trichostema latifolium*  
3. *Trichostema integrifolium*  
4. *Trichostema dichotomum*

THESES  
JURIDICAE INAUGURALES

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE.

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI CORNELII DONders,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

**JURE ROMANO AC HODIERNO HONORIBUS ET PRIVILEGIIS**

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

SCIPIO HENRICUS VERNÈDE.

Rheno-trajectinus.

A. D. 29 M. Octobris, anni MDCCCLII, hora II.

TRAJECTI AD RHENUM,  
APUD G. F. KOCH.

MDCCCLII.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.

31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40.

41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50.

51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60.

61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70.

71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80.

81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90.

91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

## T H E S E S.

---

### I.

Nulla antinomia est inter l. 29 § 2. Dig. de inoffic.  
testamento et l. 5 § 4 Dig. de appellat.

### II.

Lex 13 Dig. de donationibus non obstat l. 37 § 6  
Dig. de acquir. rerum. dom.

## III.

In. lege. 23 pr. Cod. de S. S. ecclesiis *transitus legalis* qui dicitur, omnino ecclesiis et civitatibus conceditur.

## IV.

Definitio furti in l. 1 § 3 Dig. de furtis, praestat illi quam exhibent institutiones in § 1 Inst. de oblig. quae ex delicto nascuntur.

## V.

Conventio de mercibus in fraudem legum de vectigalibus, in civitatem peregrinam inducendis (drijven van smokkelhandel) non valet.

## VI.

Tutela quae secundum art. 421. Cod. Civ. administratoribus Orphanotrophei competit, non impedit quominus ei, tutor a judice Cantonali detur.

## VII.

Libelli patri a filio nuptias contrahere gestiente offe-

rendi, qui parum vere "actes respectueux" dicebantur  
merito in nostro Codice novo abrogati esse videntur.

## VIII.

Recte legislator Neerlandicus statuit: testamenta olo-  
grapha apud tabellionem esse deponenda.

## IX.

In jure Neerlandico quoque valet regula Franco Gallica  
*le mort saisit le vif.*

## X.

Enumeratione art. 29. Codicis Rat. Proc. in Caus.  
Civ. facta, includitur vox *Hoogeraad.*

## XI.

Contractus, qui inter navis exercitorem intercedit et  
magistrum, magis est locatio conductio operarum quam  
mandatum.

## XII.

Cum dies litterarum Cambialium cadit in diem domi-  
nicum, protestatio demum die Martis fieri potest.

## XIII.

Art. Cod. Merc. nostri 3 et 4. *limitative* non enuntiative intelligendus est.

## XIV.

Recte in art. 423. C. M. legislator non distinguit an morbus ex culpa nautae locum habuerit nec ne.

## XV.

Recte Judicavit Curia Hollandiae Septemtrionalis (8 Junij 1852) furti poenam statuens, in contrectationem fraudulosam cadaveris equi defossi (het opdelen en ten eigen profijte gebruiken van een wegens ouderdom afgemaakt en begraven paard).

## XVI.

Laudandus est legislator Batavus, qui anno 1809 duelum tamquam delictum sui generis vindicandum existimavit.

## XVII.

Tempore belli, poena mortis, ad tuendam disciplinam militarem interdum omnino necessaria est.

## XVIII.

Is qui necandi animo, venenum alicui propinaverit sed tam parva quantitate, ut mors unde sequi non possit, vel sic puniendus est ex art. 301 C. P.

## XIX.

Qui in Cauponam gratis receptus, illic furtum committit puniri nequit ex art. 386. N°. 4. C. P.

## XX.

Praescriptio non obtinet jure nostro in Crimine desertae militiae.

## XXI.

Recte F. Bastiat in opere Sophismes économiques.

“L’Economie politique démontre que, même à ne considérer que le peuple victorieux la guerre se fait toujours dans l’intérêt du petit nombre et aux dépens des masses. Il suffit donc que les masses aperçoivent clairement cette vérité. Le poids de l’Opinion, qui se partage encore, pèsera tout entier du côté de la paix.”

## XXII.

Usum machinarum generi humano magis prodesse quam  
nocere contendimus.